





VIRO

*MAGNIFICO EXCELLENTISSIMO ATOVE  
CONSVLTISSIMO*

D O M I N O

D. DITER. HERMANNO  
KEMMERICHO

SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM  
STIRPIS ERNESTINAE CONSILIARIO AVLICO, ORDINIS  
ICTORVM ET SCABINATVS PRAESIDI ORDINARIO  
PROFESSORI IVRIVM IN ACADEMIA IENENSI  
PRIMARIO

DOMINO PATRONO

MAECENATI ADFINI ET COMPATRI, PIETATE NVN-  
QVAM INTERMORITVRA VENERANDO

DIEM NATALEM

MENSE AVGUSTO, A. R. S. CIO ID CCXXXV.

FELICITER CELEBRANTI

EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA

ADPLAVDENS GRATVLATVR

HENR. SAMVEL THIMEVS

SCHOLAE CATHEDRAL. NVMBVRG. COL. III.

NVMBVRGI

IMPRIMEBAT L. G. LAITENBERGER.  
LITTERIS BOSSOEGELIANIS.



D. DIETER. HERMANN  
KLEINER  
Qua potes, excusa nisum, mi FAVTOR AMANDE,  
Vota que, quae pro TE candida lingua  
facit.  
Exegit cursum bis senis mensibus orbis,  
Ex quo pro TE aris cor pia tura dedit.  
Adnuit ipse Deus, prece motus, praebuit aures;  
Et nunc, placato Numine, vota valent.  
Salve laeta dies! salve splendore corusco!  
Materiam ingenio tu dabis vna meo.  
Iam rursus lucem celebras cum CONIVGE LECTA  
Natalem, fausto fidere, forte bona.  
Haec est illa dies, iterum lux illa refulxit,  
Aurae vitalis quae TIBI dona dedit.  
Nasceris auxilium, cui spes ablata salutis,  
Et sine follerti remige puppis erat.  
Nasceris, vt possis inopis succurrere caussae,  
Falsi ne arbitrio iudicis acta cadat.  
Nasceris, vt discat iustum studiosa iuuentus;  
Floreat vt pietas, exulet improbitas.  
En tibi, Iena, simul nascuntur gaudia certa,  
Vix vñquam simili perfruitura viro.  
Nomen in orbe tuum celebrat, quae fugerat ante  
Virtus iam rediit, praesidiumque petit.

Curia, templa, scholae, res publica, iuraque regum

Fructum participant vtilitate pari.

O studiosa cohors! potes hoc gaudere docente,

Quod uice, te certo praemia digna manent.

Sic igitur geminant omnes sua gaudia plausu,

Et tollunt hilari iubila festa sono.

Quicquid habent Musae pietatis, quicquid amoris,

Dant TIBI, quae patris TE coluere loco.

Hanc celebrantque diem, multo candore serenam;

Barbiton et pulsant dulce, mouentque chelyn:

Cordeque sincero, votisque ardentibus optant,

Compleat ut feros vita beata dies.

Laeta decent laetos, ideo laetantur amici;

Inque TVOS annos fata secunda vocant.

Scilicet es dignus, superes qui Nestoris annos; I

Atque Sibyllinos contueare dies.

Ipse memor lucis praesentis, pectore grato

In TE miraris munera larga Dei.

Miraris varios casus, queis ductus ad istum

Es culmen, dextra sic moderante Dei.

Laudibus extollis sanctis haec munera caeli;

Quod TVA per placidas cymba cucurrita aquas.

Munera multa tenes, quantumque accedis ad

annos,

Et decus, et splendor, TE manet vsque  
comes.

Est haec ergo dies exoptatissima multis,

Est TIBI deuinctis, est Domuique TVAE.

Est mihi festa dies, quoniam TV sanguine tangis

Vxorem, qua non carior vlla, meam.

Contigit, vt legerem sociali foedere iunctam,

Felix quae, PATR VO sospite, semper erit.

Nescio follicitus, quo pacto gaudia prodam;

Quaeque TIBI studii debita signa feram?

Parce, precor, quod iam studet officiosa voluntas

Promere; nec pietas dissimulare potest.

Ipse TVAS prohibes dictis extollere laudes:  
Accipe pectoribus carmina grata, preces.  
Summe Deus, praesta fortissima robora vitae;  
Iamque parum firmis viribus, adde nouas.  
Consiliis cooptisque adsit Moderator Olympi;  
Adiiciat vitae tempora longa TVAE.  
Floreat assidue bonitas immensa Tonantis  
In TE, ac aeterno libera fonte fluat.  
Scilicet ut croceas lux matutina quadrigas  
Reddit, et Eoo lumen ab axe vehit:  
Sic facilis Domini comitet TE gratia Summi  
Semper, et in nullos desinat ire dies.  
Floreat et TECUM fospes CARISSIMA CONIVX,  
Quaeque Domus almae pulchra corona, decus.  
Iubilat, et luce hac prodit de pectore plausus,  
Vita quod incolumi suauiter acta TIBI est.  
Sic vbi velabunt albentia tempora cani,  
Auguror, est senium prima iuuenta TIBI.  
Alme Pater, qui sceptra geris, mundumque gubernas,  
Quique triplex uno Numine Numen habes,  
Te supplex veneror, flagrantibus adnue votis:  
Floreat et vireat KEMMRICHIANA  
DOMVS.



78 M 496

ULB Halle  
001 618 148

3



TA-DO

DR



VIRO

MAGNIFICO EXCELLENTISSIMO ATQUE  
CONSULTISSIMO

**D O M I N O**  
**D. DITER. HERMANNO**  
**KEMMERICHO**

SE RENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM  
STIRPIIS ERNESTINAE CONSILIARIO AVLICO, ORDINIS  
ICTORVM ET SCABINATVS PRAESIDI ORDINARIO  
PROFESSORI IVRIVM IN ACADEMIA IENENSI  
PRIMARIO

## DOMINO PATRONO

MAECENATI ADFINI ET COMPATRI, PIETATE NVN-  
QVAM INTERMORITVR VENERANDO

# DIEM NATALEM

MENSE AVGUSTO, A. R. S. CIO CI CCXXXXV.

## FELICITER CELEBRANTI

## EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA

## ADPLAVDENS GRATVLATVR

# HENR. SAMVEL THIMEVS

SCHOLAE CATHEDRAL. NVMBVRG. COL. III.

NUMBVRGJ

IMPRIMEBAT I. G. LAITENBERGER

LITTERIS BOSSOEGELIANIS

This image shows a color calibration chart titled "Farbkarte #13". The chart features a ruler at the top with markings from 1 to 19 inches and centimeters. Below the ruler, there are two rows of color patches. The first row includes Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, Magenta, White, 3/Color, and Black. The second row includes a dark blue patch, a bright blue patch, a dark green patch, a bright yellow patch, a dark red patch, a bright magenta patch, a white patch, a tan patch, and a black patch.